39

Helyodrus erat flagellatus quia voluit spoliasse templum



Tercia figura

Tertio notandum quod aliud flagellum de funiculis fecit
Et ementes et vendentes flagellando de templo eiecit
Mensas evertit nummulariorum et evertit eos eorum
Nam et erant ibi usurarii et cupidissimi phariseorum
Hec autem flagellatio domus reiterata
Olim fuit in Helyodro prefigurata
R Rex enim misit (clericus) principem suum Helyodrum
Ut veniret in Jerusalem et spoliaret domum templi
Cumque audacter intraret manu armata
Statim tamen eius contra eum vindicta dei est provocata
Ex improviso enim affuit quidam equus horribilis
Et qui sedebat super eum armatus erat et terribilis
Equus autem Helyodro pedes calces impingit
Et ipsum eiciens fremebundus ad terram collisit
Affuerunt insuper alii duo robustissimi adolescentes
Helyodrum flagellis usque ad mortem percucientes
Quo facto predictus equus et adolescentes disparuerunt
Et Helyodrum tamquam mortuum reliquerunt

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0081
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg